

venenosæ puncturæ occurtere posse, lippis notum est, & tonsoribus. Et vnde obsecro celebritatem suam *Andromachi theriaca*, decantatissimum antidotum, nunc æquè atque olim *Imperatoribus carissimum*, nisi à *viperina carne* adeptus fuist? Quæ non *viperarum* morsibus tantummodo, sed omni prorsus veneno, siue ex *plantis*, siue ex *animalibus* alijs, siue ex *metallis* inferatur, summo iam *Medicorum* consensu, & aplausu propinatur.

Quid au-
tor per
Theriacam
prætiterit.

Et quamvis vino vendibili non sit opus suspensa hederà: attamen, quoniam
huc pertigimus, quid ego per *Theriacam* præstiterim, in syndrome morborum
quadam prope modum deploratorum, in depellendo nimirum *viperino veneno*,
vel in iuniorum gratiam medicorum huc referre non pigebit. Venerat anno

A viper-
moris
quomodo
restitutus
ab auro
fuerit.

1603. circa finem Iunij, ad *Nofocomium nostrum S. Spiritus*, vespero, ex messo-
ribus quidam, quem circa meridiem extra *urbem Vipera* momorderat, in fini-
stræ manus digito prope medij articuli nodum. Miser hic perterritus, cum
nec quid factò opus esset, consideraret, subito ori digitum admouens, virus
exugere tentat,

Et sic pestifero sua polluit ora veneno.

Vnde labra illico, atque lingua mirè intumuerunt, quin febris ipsa homi-
nem apprehendit, factumque quod *Virgilius* cecinit:

Ac dum prima fues, vdo sublapſa veneno,
Pertentat sensus, atque oſib⁹ implicat ignem.

Oriuicani
theriacalis
confectio
quidpoffit.

Quare *Oriuicani* antidotum portionem cum aceto hausit, sed nihil melius inde
valuit, nisi quòd bis terue *witelinam* bilem euomuerit quam quidem confectione
nem plebei homines plerumq. secum ferunt, à circulatori quadam huia no-
minis, sic appellatam, *Theriacæ* longè inefficaciorem, vulgo tamen vstatione-
rem, ceu viiliore pretio emptibilem. Itaque *meſſor* hic equo impositus, circa
vesperum ad nos defertur, & lecto committitur. Voco ego, faciem rubicundam,
& prætumidam intueror, linguam adeò excrescere stupeo, ut os ipsam ægrè
amplius capere posset, vnde nec verbum quidem eloqui tunc valuit. Ego de
ipſius animæ salute, non minùs, quam de recuperanda corporis valetudine soli-
citus, peccata ipsum sua, ceu perniciosa anime venena, si quæ haberet, euome-
re prius iubeo, ob idque confessionem impero, quam *Sacerdos* ad nutum factam
interrogando exceptit.

Morrenda
accidentia
in hoc a-
gro.

Remedio-
rum series
quibus fa-
matus fuit.

Interea hac ego remedia procura. Imprimis *Theriaca* drachmam vnam,
& scrupulum vnum *cornu ceruini* præparati, cum vincijs quatuor *aqua Scorzonera*
sorbendam præbeo. Verūm hic scypho argenteo opus fuit eiulmodi, cui ro-
strum satis longum prominet, per quod violenter quasi, *gula* intrusum, liquo-
rem infundi iussi alexipharmacum. Et cum lingua iam etiam putrilagine
coriperetur, atque vlerata appareret, hanc & *palatum* cū *labij* continuò inuni-
gi curauit ex *Theriaca* & aceto bene inuicem agitatis, per famulos nostros ad hoc
muneris à me destinatos. *Cordi* similiter inunctionem præscripsi, ex vna
olei *corticu citri*, per infusionem facti, & drachma vna *Theriaca*. Et
quoniam manus in tumorem erat eleuata, brachioque simul venenum commu-
nicabatur, præcepi, vt manus tota vulnusculis pluribus, per *lancettam Italiam* di-
am, siue gladiolum, quo venas incident, sauciaretur, & *birudines* aliquot affi-
geren-

gerentur, quæ saniosum illum, & tabe manantem, ibique conculcatum san-
guinem exhauirient, cui postmodum affecte parti hoc fuit inductum lini-
mentum, ex maiore parte *olei Scorpionum*, mediocri *Theriaca*, & minore *aceti*
compositum. *Brachio* autem, ne venenum lursum magis, magisque serperet,
& limpida rotitalis fontis vndas terra ac funesta sua labe pollueret, ex *Bolo*
Armenia, & *albumine* *biorum* simul agitatis, linctamina in fula, imbibita & im-
posita fuerunt.

Atque hæc cura, nocte integra, per constitutas, vt eo loci fieri solet, vicarias
famularum vigilias, repetitis læpissimè prædictis medicamentorum vñctioni-
bus ita transacta fuit, donec manè ægrum nostrum inuferemus iam hilarem,
& sibi nobisque redditum. *Infantium* enim more balbutire incipiebat. Fue-
runt quatuor tunc *birudines* venis hæmorrhoidalibus applicata, ob haud exi-
guam febrem, qua adhuc vexabatur. *Velperi* bene loquebatur, comedebat,
exacto triduo conualuit, lecto surrexit, ad solitosq. labores suos, rus concessit,
& gloriam DEO, pro immensa sua bonitate dedit, qui morti vicinum, per salu-
berrima remedia viræ ipsum postlimino restituifit.

Subiungam & sequens medicamentum, ex *viperina carne* similiter concin-
natum, non vt minorum gentiū medicis folummodo, sed primoribus quoque,
& qui *Principum* sanitati conseruandæ prælunt, gratificer. Hoc autem Illustris-
mus *Franciscus Maria Cardinalis de Monte*, qui nobiliorum, & pretiosiorum,
ultra quadraginta annos, medicamentorū non modò collector indefessus fuit,
sed vbi per occupationes ipsi publicas licuit, proprijs etiam manibus, *chymie*
nempe magnus amator, & admirator, qui & me quoque aliquoties de his dis-
sertante libentissimè audiuit, & honorificecepit, eadem elaborauit, & gratis
postmodū pauperibus æque, atque ditionibus ægrotis, dispensauit. Hic inquam
anquā remedii secretum, nec auro redimendū, ante annos hos quatuordecim
communicauit Illustris. & Reuerendis. *Ioanni Godefrido ab Aichaen Episco-
pum Bambergensi*, postea quoque *Herbipolensi*, atque ad *PAVLVM V. Matthei*
secundi Imperatoris Oratori, Patriæ meæ Principi, à quo eriam *Rome* beneuolen-
tissimè fui habitus, de cuius laudibus iam historiæ loquuntur. Ab hoc in-
mandatis mihi relictum fuit, vt quoniam *Franconia* nostræ *viperæ* desunt, vt
singulis annis, harum carnes certo modo præparatas ipsi transmiserem. Inte-
rim compositionem hanc, donec vel ipse, vel *Cardinalis* viueret, occultam ha-
berem, & alto silentio premerem, quamverò publico nunc libentissimè com-
mitto, cum vterque hic *Principis* meliore vita fruatur. Sunt autem hæc ipsissi-
ma compositionis verba, modusq.

Recipe *viperas* quot vis, cum sunt in magno vigore, ijs caudam & capit
simul amputa, ne torqueri possint, & statim projice in aquam, ibique mori fi-
nito. Deinde excoia & exentera (aduerte autem, ne cystis fellis rumpatur),
quod si rumperetur, abiecta totam *viperam*, nam felli venenum inesse volunt
cum exenterauerit, exossa, carnem quæ restat, linteo bene sicca. Postea reci-
pe panem, ex surture tritici, in furno bene coctum, non vstum, & tessellæ cru-
ste eius sublatæ, excavata, tantum medullæ extrahens, vt carnem *viperinam* ca-
piat, mox reponere tessellam corticis panis eō, vnde extractisti, & glutine facta

Diligentia
que ab affi-
stencibus
huic fuit
agro adhi-
bita.

Hic DEO,
aggregatag
pro lecida
velutivit.

Narratur
aliud ex vi
pera medi-
camen-
tum nobilissi-
mum.

Hoc Car-
dinialis de
Monte Epi-
scopo Bam-
bergensi donauit.
Cardinalis
huius en-
comium.

Episcopi
haus Bam-
bergensis
erigia fa-
cta historie
loquuntur.

Medicame-
ti supradic-
ti compo-
nitio veris-
sima.

ex farina & aqua, rimulas diligenter illine, & repone in furnum, donec *viperina* caro siccetur ita, ut contundi & in puluerem redigi possit. Cum caro bene siccata erit, abicie panem, carnem serua, & pulueriza, & ex hoc puluere fae pilulas, ciceris magnitudine, cum *opobalsamo* orientali albo liquido, & optimo, secundum artem Aromatariorum. Has pilulas tanquam rem pretiosissimam, seruato in lignea pyxide, in puluere *Cinnamomi*, ut humiditas arceatur. Harum pilulas tres qualibet septimana, stomacho ieiuno, quatuor horas ante prandiu fumi possunt, quoniam vitam producunt, bonam valetudinem, vistum, iuuentutem conseruant, renes & vniuersum corpus iuuant. Mirè venenis, puredibus, catarrhis, & podagrīs resistunt.

Et quoniam non Medicis solū in arte & praxi prouectis, verū & tyronibus maximè scribimus, quibus vel librorum copia deest, vel vīs inopia officit, ideo modum, quo carnes *viperine* in quotidiano victu, si necessitas cogat, exhibeantur, paululum delineabo. Est autem hic facilis nec magno apparatu indigens, quo Illustrissimos quosdam viros, in affectu cutaneo *lepro* non absimili, felicissimo cum successu, vlos fuisse noui. Ut vernali nempe tépore, vel autuminali, *vipera* capta, detruncatis capite, & cauda, & detracta pelle, exemptisq. interrancis, ale nonnihil fricentur, in frigidam proijcantur, vbi tam diu relinquuntur, donec moueri cessent, & moriantur. Haec in frustula dissectæ, vt in paruis factitari nostris *anguillis* solet, quas *Romani* vulgo *ceriole* vocant, in aqua simplici cum tantillo salis, & si placet *petrocelino*, si anethum forte displicet, elixantur. Exiure harum, iuicula cum ouis, vel panis tritus, aliae fercula preparantur, & carnes *anguillarum* more, simul comeduntur, semel vel bis quotidie, idque ad dies quadraginta plerunq. continuatur.

Alius modus pro de licationibus. Scio & hunc modum, *Principibus* quibusdam feminis maximè delicioribus, visitatum esse, vt ex iure & carne elixa, cum pulpa panis subiecta, pulli & capi nutritantur ad plures dies, qui in cibos postmodum illis cedunt, & omnia propemodum, quæ carnes comedunt, præstare solent.

Fuit autem hic *Roma* quidam, qui oculorum vīsum perdidérat, ex carnis *viperina* eū liberatus, aliab impetigine & leprosa prurigine emundati, alijs seniores præcipue, acutiore videndi aciem iterum adepti, alijs reiuuenelcere sibi vīsi fuerunt. *Dioscorides* certè, *viperina carnes*, ait, *scilicet edantur clariora oculis afferunt.*

Hoc remedium contra elephatias invenitum. Sed res profusa admiranda est, quod remedium hoc contra *Elephantiasis* præstans, catu quodā inuenitū sit, ut *Galenus* lib. 1. de simplici facultatibus nobis persuaderet, quod in messorum vinum ruri expositum, cum esset *vipera* vini audiissima, ijs inscijs illapsa, ibique mortua, & extracta messores perterrefecisset, hi misericordiā moti, elephatias correpto homini, in vicinia habitanti, illud obtulerunt, rati expedire illi, potius mori, quām in illa miseria viuere. At ille rebū bibisset, inquit *Galenus*, admirandum in modum sanitati restitutus fuit: Nam ruberū omne illud cutis totius, non aliter quām animalium à testa mollierit nuncupatorum malacostracon, regmen decidit: quod autem reliquum erat, molle admodum apparuit instar cutis cancerorum & locustarum, ubi extima testa detracta. Hoc si verum est, & vnius illius vini potio, non repetitis itidem vicibus, hunc, &

alium elephanticum, sanitati restituit, cui scortum suum domesticum, eiusmo di vinum viperatum, vt interficeret eum potius quām sanaret, propinavit, vt idem *Galenus* memorat: miror mehercle, non parum, cur hodieque non utrantur *Medici* nostri, tali libertiū quæ vīca die expediri potest, curā, quām vt quadrangintā dierum spatio, & carnes, & *Trochiscos* sape *viperinos* quoque exhibeant. Et quomodo lethale virus suum *vipera*, quod promptum in ore gestant, vīno non communicauerint? Neque enim hic imaginationis potestas, spēnētis energiam veneni, quicquam præstare poruit, cum miserrimi hi homines, neclentes venenosum animal vīno mixtum fuisse, illud ebiberint. Voluit enim *Libauius* prima singularium suorum parte, *Tractatu de venenis*, animosum illum Catonem, animi generositate superasse venenum, quod dubio procul, aquæ illi serpentibus scatenti, inesse debuerat, quam ipse intrepidus bībit tamen, cum per desertam, arenosam, & stūcūlōam *Lybia* partem, militem suum ducendo forte fortuna vīcum inueniēset ibi fontem, quod lib. 9. *Lucanus* elegantissimis his nobis hexametris describit:

Cur Medi- ci non vī- tur potius vīca vī- vīperari porione, quām vī- diebus car- nes præbēdo.

Quomodo Vīpera vī- no suum venenum comuni- cent.

An confi- dentia pol- sit elidere vī- enī vi- res?

Videtur hoc Caro præstille?

Inuenitū medijs fons vīsus arenis
Largus aque: sed quem serpentum turba tenebat,
Vix capiente loco stabant in margine siccæ,
Aspides: in medijs stiebant dipsades condis.
Ductor ut aspergit perituros fonte relitto
Alloquitur, vīana specie conterrite lethi
Ne dubita miles, tuos baurire liquores.
Noxia serpentum est admixto sanguine pestis:
Morsu virus habent, & faciūt in dente minantur:
Pocula morte carent dixit, dubiumq. vīnum
Hausit, & in tota Lybie: fons vīsus arena
Ille fuit, de quo primus fibi posceret vīdam.
Libauius, loco dicto, Non ego certè bibissim illam aquam, inquit, refertam ser- pentibus. Aut confidientia Catonis tanum habuit roboris, vt debile dilutumq. aqua- venenum infirmaverit, aut sitibunda natura potentiū mutauit.

Ego, vt de me hic aliiquid quoque addam, ante biennium, æstiu tempore sidente sub *canicula*, cum siti vexatus, gelidam ex æreo vīco aquam audissimè hauritem, *Scorpionem* simul in os mihi illapsum magnū sane, sed mortuū per- sensi. Quem vbi expui, nihil propterea animo turbatus, aquā nec reuomui, nec antidotum vīlum sumpsi: cum certus quasi securusq. essem, tantillum animal, aut minimè aquam veneno suo, quod pungendo potius, quām eandem diluen- do, emitit, polluisse, aut sufficiens haud quaquam certe fuisse, per tantam pu- tealis aquæ copiam dispersum, vt interimere me potuisset. Existimo tamen, ipso obfuso, si verè aqua illa venenata fuisset, nihil, aut parum faltem, animi mei confiden- tiā luffragari mihi valuisse. Eoque minus timore percussus fui, quod olim, dum *Mastiboli oleum Scorpionum* dictum, componeremus, vidissim intrepide Rusticos nostros, qui *Viperarum*, & *Scorpionum* venationi dant operam, aliquot Quidā in- piones vi- centena *Scorpionum* viuorum, manibus suis apprehendendo, digitisq. reuol- bus tractat-

Vuu uendo,

uendo, non aliter nobis numerosasse, atque si totum nummos aureos contrectassent, Ego tunc vni eorum viuentium *Scorpium*, caudam amputauit, eiusq. aculeo, in Author luperna indicis digiti parte, vulnusculum mihi ipsi infixi, experimentum hinc scipium pugianino defumere cupiens, an reuera *Venenum* suum eodem modo, quo ipse *Scorpio* punxit cum scorpionis gendo facit, mihi communicaret, iam enim, si quid sinistri accidisset, de praeculico, tentaneo quoque remedium ipso *Scorpione* contuso & superposito, securus eram. Verum nōxa nihil, præter exiguum rubedinem, lenti magnitudine, quæ sequenti die disparuit, inde contraxi.

Quapropter parum abfuit, quin in hanc deuencriam sententiam, *Venenum* cendūt, *absolutum nullum dari*, sed relatione *aliomodo habita ad obiectum*, & eius quidem lumen abso- naturam, modumq. insidiandi impericratabilem nobis ferme esse! cum sciam venenum dari, venenosæ animalia, quæ pungendo, aut morteido vulnerant, vix nobis virus suum inferre, nisi irritata, adeoque, vel à nobis, vel à alijs, vel à seipisis, ad iram videat hoc eadem prouocata fierint. Id sēp in felibus, canibus & gallis gallinaceis, iracundabitur diu flagrantibus contigissimis animaduerti, ve valhara tunc infigerent cacoethea prorsus, & ægræ fanabilia, cùm tamen, quando placide nobilium agunt, & forte nos faucent, vix quicquam detrimeti, inde percipiamus. Sic in hac ipsa urbe pharmacopœi cuiusdam familiam intellexi, à capite *Vipere* iam post terciū diem abscisso, & inter sordium quisquillas iacente, cum is hoc pedi abscissum prius protrusisset, deinde manibus quoque apprehensum proiecere tentasset, lethaler vul fet, lethaliter in dígito mortuum, & efficacissimis vix tandem theriacalibus medicamentis sanatum fuisse. Quod caput autem hoc tam diu vixerit, mirabile est, sed mirabilius longè, quod Recchus noster, hoc ipso in opere *Mexicano*, de Serpente atrocissimo *Tehuhtlaco Zauhqui*, quem *Hispani* indigenæ *Viperam*, ob lethalem mortum vocant, commemorat. *Audiō a multis*, inquit, *qui eum Mexicanus*, Serpentem domi alere solent, atque educare, aquam integrum durare, abque obo illo potuere. Abscissumq. caput, decem aut amplius dies ferunt apud *Pannenses*, in *semoris* crassitudinem & longitudinem adolescere. Est & hoc non minus insolitum alijs Serpibus, huic vero proprium, ac naturale: *Quot annos natus est*, ait idem Recchus, tot accedens canda perstrepente sonalia, in postrema parte tande, vertebrarum instar connexa. Huiusmodi sonalia perstrepente, & connexa, sed à Serpente separata tamen, ante pauculos dies monstravit mihi in *Museo* illustrissimi *Cardinalis Barberini* (in quo publici boni gratiâ, tam noni, quam veteris pectus for orbis naturalium miraculorum gazam recordere hic *Principis* cogitat) *Thobias Aldinus*, *Spagyricus*, *Botanicus*, & gnarus rerum naturalium perfrutator, qui Barberini ejusdem *Mosai* curam gerit. De huius Serpentis admiranda prorsus natura, & propagatione, plurima habeo a *F. Gregorio* meo de *Boliviar* mihi communicata, que ad secundum opem huius tomum referuo.

Nihil magis perpeditum, simulque dicam, in tota arte medica vix quicquam magis controuersijs implicitum, quam *venenorum naturam*, existimo. Cum nondum constet, quibus rebus eriam *veneni* vox propriæ competat, adeo inter se digladiantur, in tota arte medica, tuc doctores, atque ductores nostri, *Dioscorides*, *Plinius*, *Galenus*, *Fernelius*, *Cæsar*, quam *punicus*, & qui de *venenis* ex iunioribus Medieis scripserunt. Cum quidam *Alexipharmatis*, virulentam hanc quoque labem aspergant, alij è contrario, m-

rium ac *muscarum venena* lambenda nobis, ceu salutifera remedia suadeant. Crede mihi, citius balneatorem, qui sudore haud vnuquam perfusus, aut *Carbonarium*, qui nunquam fuligine tintus fuerit, quam prædictos inter se conuincere Scriptores offendit. Exemplo nobis vnico, instar omnium, sit venenosus, vt creditur, è terris, rebusq. varijs expiratis vapor, non post mensis, aut hebdomades, nec horas multas, sed momento fere temporis, nos, & animalia quævis interficiens. Inter terrarum miracula *Plinius* lib. 2. cap. 93. hæc annotauit. *Spiritus lethales alibi*, ait, *aut scrobibus emissi, aut ipso loci sui mortiferi, alibi & clucribus tantum*, vt *Soracte* vicino vrbi tractus alibi præter hominem ceteris animalibus: non unquam & homini, vt in *Sinuesso agro*, & *Puteolano*: *Spira culicocant*: alij charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes. Item in *Hirpinis* *Ansaneti*, ad *Mephitis* adem, locum, quem qui intraueri moriuntur, simili modo *Hierapoli in Asia*, *Matris tantum magna Sacerdos innoxium*.

Huius quoque *Puteolani* antri, aliarumq. pestiferarū scrobium, ex alijs authoribus mentione similiter in suis *Antiquitatibus Puteolanis* iniicit *Iulus Cæsar* *Ca-paccius*, vir eruditis à le cõplusculis euulgatis libris celebris, ad quem vbi *Neapolium* cœcessi, non raro quoque eiudè tunc yrbis *Secretary* officio fungentे iniisi, docissimo ipsius colloquio libetere fruens, non tralatito infuper ab eodem honore mea præter merita affectus, quod nominis mei, suo in libro de *Illustribus viris ac feminis*, memoriam extare voluerit, sic quamvis fuisse tam hanc Ircobem & quodus animal, ingressum eandem, mori atteleetur, noui tamen antē hos viginti duos annos, *Ioannem Baierum*, Iuris & Matheleos peritissimum in comitatu & cura tunc temporis *Illustris*. *Caroli Fuccari* veteris amici mei, *Baronis*, & *Canonici* nunc *Salisburgensis* & *Constantiensis* doctissimi, noui hunc inquam ingressum illam atque egressum, incolumem, cum audaci quadam curiositate victus, dimitiri hoc antrum baculo quodam, vlnaris longitudinis omnino, vt fecit, pruriret, qui præter calorem insignem, quem in pedum plantis percipiebat, incommodum aliud se minimè sensisse mihi candidè asseuerabat. Hoc idem prorsus, iam dudum antea iuuenili quadam audacia tentauerat *Corona Pighius*, qui postmodum *Caroli Duci* *Cinise*, *Itala* & *Montium*, formandis moribus, & dirigendo per *Italiam* itineri prefuit, & auro dignum *librum* scripsit, cui titulus, *Hercules Prodigius*, quem adolescentes ex illustri stirpe orti, nocturna atque versare diurna lectio deberent. *Pighius* hic elegantissimis dicto in libro, verbis idem antrum, & prolixè satis describit, quem aliqui ex *Italis*, cum illæsum & sanum redeuntem ex hoc confinxissent, vetitæ magie peritum clamant, nec aliud sibi persuaserunt, quam secretis quibusdam incantamentis, præsentissimam pestem illam eundem auerruncasse. Et tamen, neuter *Genitorum* horum *magna matris* sacerdos fuerat.

Locum hunc ipsummet bis ego quoque non inji quidem, sed adj. natura hoc miraculum, ad stuporem vique sum contemplatus. Cum enim periculum in cane villatico faceremus, furce illigato, nostrâque pecuniâ, veluti mox lethum subitum, ab illis qui non procul ab hoc antrò habitant, coempto, & in hoc ipsum intrusissimus, semimortuum paulo post extrahimus. Hunc vbi herus ipsum proximum in lacum dimisisset, paulisper vita redditus, surrexit, & orco

Probatur
hoc vnicō
exemplō
vaporis pe
stiferi, ex
varijs re
bus exha
lantib.
Ex quibus
terrī ex
pirat.
Principi
proprie
Puteolos.

*Iuli Cæ
sar Capa
cij enco
mium.*

*Ro. Baieru
I. Baierus
Germanus
illatus in
gratia est.*

*Corona Pi
ghius id
fecit.*

Author
hunc loci
cum stupore
re videt, &
quid in ca
no immiso
heret ad
uersit.

qui fuerat vicinissimus, aufugit, sibi in eadem postea adhuc tragedia comparitur.

Animaduerti autem hoc præterea, intrusum antro illi *canem* hunc, tentasse cupidissimè caput suffollere, & auras lambere altiores, quasi proxima solo exhalationes, molestiam ipsi afferrent maximam. Mortuos quoque fuisse *cane*, diu in hoc specu detentos, veluti *bustones*, *ranas*, *serpentes* aliaque venenata animalia, hoc coniecta, idem passa esse infortunium, illius loci incolæ nobis memorabant.

Memini quando ante annos plures quam viginti, hic *Rome* noua platea, quam *Rafellam* vocant aperiebatur, domusque nouæ construebantur, cum puteus recenter esset excavatus, & in hunc *gallus gallinaceus* forte decidisset, vnum ex operarijs illis, per funem se demisile, ut *gallum* extraheret, verum nondum aquam attigerat, & ecca mirabile dictu, mortuus in puteum concidit, subsequitur alius operarius, vt & socium iuuaret, & animal leuaret, qui & ipse mortem subito oppetit. Tertius descendit, sed rogauit, si signum daret, confessim extraheretur. Quare vbi medietatem putei attingit, statim ab aura quadam vertigini quid simile patiens, clamore edito semianimis, reliqui verò duo non nisi mortui educti fuerunt. Puteus terræ mole statim oppressus & impletus, alioque in loco aqua inuestigatur.

Historia fu-

mi morti-

feri ex ca-

bombis ac-

cens.

Bernardi-

nus Pauli-

nus Germa-

norum fa-

tior.

Putei fru-

mentorum

expirant

similem pe-

latiserum

halitum.

Sed & spectabiles viros,

qui puteis illis

subterraneis,

quibus frumentum

conseruatur,

improuide

viciniores facti

fuerant,

quando aperiebantur,

& me-

phitim

exhalabant

mortiferam,

vita non leue

incurrisse

periculum noui.

Ve-

rùm quodnam obsecro,

venenum Tritico,

ex quo optimum homini alimentum

coquitur,

inesse dixeris?

Hoc enim ex eodem

puteo

sublatum,

non mortem,

sed in pane vitam nobis largitur.

Dicam quid amplius, ne terræ hic fætorem aliquem culpes. Pretiosissimus, suauissimus, ex vino halans spiritus, vitali nostro adeo congenere & sociabilis spiritui, hunc deficientem refocillans nonnunquam, & instaurans tam amicabiliter, vt sensum, motum & loquaciam deperdita, omnia restituat & redintegret. Hunc nihilominus ex *muso* per fermentationē suam bulliente, expirantem vbi clausum aliquam cellam vinariam abundantissimè impluerit, homines illic ingredientes, non temulentis modò similes efficere, sed stupidos & atonitos reddere atque in terram mortuos prosternere, qui non norunt, vim huius atque potestatem parum norunt. I nunc, & hoc viuiscum nectar, hoc vita rem mutare, Elixir, hoc cælestè donum, mortiferi toxicæ, & dirissimi veneni etiam, quia venenosum esse homines necat, si placet, argue. Domi mæ ante annos complusculos, cum dolium

dolum semiplastri mensuram, ruptis circulis ligneis crepuisset, vinumq. totum effusisset in loco non satis spatio, subeuntem & nihil tale suspicantem, puerum meum, fragrantissimus ille vini spiritus eiusdem cerebrum ita improvisè, & repente oppleuit, vt clamore sublato, in terram concideret, & à nobis efferrari, aqua quoque frigidâ perfundi cogeretur.

An igitur dicendū existimemus, eiulmodi vapores raro esse venenatos, sed pinguedine quadā, cum acrimonia mixta constare? quemadmodū in hac musti exhalatione manifestissimū deprehēditur. Totum enim illud, quod perit & ex musto expirans, per ambitum loci illius, vbi vinum seu mustum ebullit, si colligeretur, quod *Ioannes Baptista Porta Lynceus*, libello suo de *Distillatione*, qua id fieri queat ratione, dilucidè monstrat, in nobilissimum & suauissimum vini spiritum inflammabile, quod amici mei quidam factitarunt, abiret. Huiusmodi igitur vapor venenatus frustra est creditus, cùm impetu quodā cerebrū ipsum subiens, retrocedere versus suum centrū ipsos facit spiritus. Et quoniam est materia oleosa, quæ est continua vt patet, & non retis instar vndiq. peruij, sed in statu linteoli strictissimorum foraminum, vt ita loquar, vnta, caula est eadem, ne spiritus illam possit permeare, sed vt quasi vnti cogantur eosq. retrocedere, quousq. hic vapor procedit. Ita vt demum vapor is (addo quod narcotica) eiusmodi pinguedine omnia constantia, statim torporem inferunt, sed fortassis propter hanc eandem causam, quam modò assignauit) eo compellat spiritus, vt hi vnti, in aquam abire cogantur, & sic consequenter homo, vel quadrupes animal, ex corundem defectu, atque alias ad partes influxu, sensu menteq. labatur, motu destruitur, concidat demum ac moriatur.

Argumenta démonstrationi meæ, haec dicā clarissima, quod videlicet qui vel suavi vini halitus perculti, vel retro carbonum fumo obnubilati moriuntur, hi omnes placidissimè obdormitiisse videantur. Quod canibus etiam ex antro illo, dicto *la Grotta de cani*, eductis vsuvenit, & in puero olim vidi fulmine occiso, dum dormiret, qui nec digiti inde articulum mouit. Inuenimus autem cerebri panniculos in seculo huius cadauere, sulphureis tam odore, quam colore, maculis tinctoris. Si enim horum quisq. ex *pulmonum ac cordis*, & non cerebri potius, atque animalium spirituum suffocatione moreretur, nō ille brachiorum iactatione, tibiarum attractione, & totius corporis denique agitatione, atque labore molestaretur. Arguit & curatio ipsa hoc meum dogma, quæ est aqua frigida perfusio. Verùm de hac re hæc satis, & forsitan nimia.

Et cum conteraria sub eodem genere *Philosophis nostris* esse dicantur: *Alexipharmacæ* autem cùm *venena* destruant, horum contraria esse dicantur, non est mirum, si in his quoque debile intellectus nostri lumen, atque vt in venenis cæc utit. Qua muis & hoc probè sciām, *scholasticis nostris contrarietatem* non nisi in qualitatibus dari, *venena* autem tota *substancia* agere Medicis dicantur. Quæ tamen enucleatiū omnia examinare non sunt huius loci, & temporis.

Superius innui, in omni ferme animali venenato, eiusdem venenii antidotum reperi, vnde & *Theriaca ex viperine carnis virtute*, *viperarum toxicis aduersari* creditur. Solent & *Serpentum*, & alijs venenis auerruncandis, in *Germania* præcipue, puluerem ex *Serpentibus* componere, & mirè deprædicare.

Vuu 3 Sic

Quid autem propter habilitate dicendum videatur de vaporibus illis in tercentiis.

Io. Bapt. Porta Lynceus modū docet colligendi vaporē multitudinem in vīni spirituum.

Modus quo nos spirantes tales in tercentiis posint.

Argumenta pro autoris opinione.

Cerebrum & non pulmones in eiusmodi morientibus partibus.

Ut venenata etiam contraria a lexipharmacæ habent uiri occultam.

Pulvis ex serpentinis certe modo parvus dicitur venenis refondere.

Sic à fide digne mihi narratum est, litterarum *studiosum* ibi quendam quinque *Serpentum corda*, in umbra prius exiccata & in puluerem redacta, vna vice deglutiisse, ex quibus hoc sit consecutus, quod nullum ipsi venenum amplius nocuerit, *serpentes* nullos timuerit, quin hos amauerit, & tractare manibus semper voluerit, & inter rudera eos, ac laxa latentes, odorari potuerit, *serpentes* tamen hunc valde metuisse, & fugisse. Varij puluerem hunc varie compone: hanc mihi tamen, ceu optimam compositionem donauit, & commendauit *Iohannes Daudouiz Polonus*, pharmacopoeus non vulgaris nota, sed & chymicis exercitijs, & literis latinis optimè tintus.

*Quidā per
os sumptū
quing cor-
da serpen-
ti & quid
ipsum iū-
derint.*

*Autori co-
proficiūtū
hūs pulue-
ris commu-
nicata à
Io. Davido
viz.*

*Vires huic
pulueri ut
bute.*

*Non refi-
nit omni
veneno.*

*Quam pre-
rogatiua
Bezoar &
Scorzonera
raduerit
venena ha-
beant.
Iudicium
de his Tha-
doi Colli-
cole Medi
ci eminent
issimi.*

*Hispāni
Medici nō
tantum Be-
zoardicis
lapilli tri-
bunt, quā
eum nos
credimus.
Aqua Scō-
zonera.*

Duo adhuc valde aduersus quāuis venena & febres malignas laudantur ho- die *Alexipharmacia, Scorzonera præserim Hispanica* inquam, & *lapis Bezoardicus*. De ambobus quid frequenter & quotidiana medica in praxi, mihi innotuerit, licet haud ignorem, volui tamen aliorum quoque mentem explorare. Quapropter interrogavi virum Cl. *Thadeum Collicolam*, primæ classis *Virbis* huius, & præstantissimum Medicum, quid ipsi de vitroque hoc auxilio certum exper- tumque esset: plurimam autem huic fidem adhibendam censui, quod in vitroq. vt difficillimo, ita maximi momenti itinere, primo ad *Christianissimum Galliarum*, secundo ad *Catholicum Hispaniarum Reges*, *Cardinalis Barberini Patronum* suum, cui Medicinam facit, fidelissime fecutus sit, eique vel hoc no- mine plurimum debeamus, quod hunc nobis *Principem Italie pacis procurato- rem*, & sanctum, & incolum ex tanto discrimine rerum reduxerit, cùm in hoc posteriore itinere plurimi ex familia, & comitatu *Cardinalis*, febre maligna sublati fuerint. Hic igitur verè mihi contestatus est, apud *Hispānos Medicos* non eo Bezoardicos lapillos in precio & estimatione haberet, vt nobis imaginatur, neque ab his ea in febribus & venenis depellendis, miracula edi, vt haec tenus creditum fuit illis, qui exotica sapientia supra fidem humanam extollunt: in quo me facilem assenserē habet. Ita neque eximiam illam, *Aqua Scorzonera*, vim inesse, vt huic non æquipolleat ea, quæ ex *Ruta capraria* nobis elicitor, eoque magis *Hispanicam aquam Scorzonera* displicere sibi, quod in va- sis plumbeis *sublimatio* illa, & deliquium chymicum ibi paretur. Quare vt is sinceriorem haberet, datā operā, in *Hispania*, ex vitro eadem concinnari, & inde aquam destillari iussit secum Romam auferendam. Cuiuslibet verò *Casia*, cùm Princeps *Cæsarius* noster ibi coperisset *Scorzonera*, *Hispanica* sanci nihilō infe-rioris, magnum prouentum, aquam, vt ne longè ab Urbe peteretur ijsdem or- ganis

ganis elici præcepit, in priuata & publica salutis Romæ, disperiendam vsum. Elixir vita multum uza in cor- Nolo etiam nobilissimam illam compositionem chymicè paratam, quam Elizir vita appellant, sua laude fraudari, qua in minima quantitate haustâ a spiritali nostris spiritibus. modum conficiendi & vtendi appositè descripsit, & yasa chymica gra- F. Donatus de Heremita, Ordinis S. Dominici, antiqua mihi fa- de Heremita miliaritate iunctus, qui instructissimum *Neapoli*, pharmacopolium, & post famolum *Francisci Imperati Museum*, primas in afferuanda ibi supellestile exo- compositione & utrum optimè descrip- fice, tenet. Restat nunc, vt quales sint *Serpentes* hi nostri *Mexicanii*, enodemus, si. quod à non nemine hīc quāri, & audie à me expectari non dubito. Verū hīce in ultimis animalibus, *Religiosorum* corundem virorum, à quibus in prioribus adiutoris fui, historica relatio me defituit, vel quia præproperè nimis Ro- mā discesserunt, propriis in negotijs suis valde occupati, vel quia forsitan hos Serpentes, ex nuda pictura non latis internoscere potuerunt. Quin tamen ex mediocris magnitudinis numero sint, & icones & descriptio ipsa indicare vi- dentur. Nam vt ex maximis hos fuisse mihi persuadeam, adduci non possum, quos ad incredibilem quodammodo magnitudinem peruenire, in vtrisq. In- dijs, illi qui nauigationes suas in vtrumq. orbem factas descripserunt, publi- cis tabulis consignarunt. Sed quod mirum est, barbari illi populi carnes eorum- dem *Serpentum* in delicatioribus quoque cibis reponunt.

Elixir vita multum uza in cor- Nolo etiam nobilissimam illam compositionem chymicè paratam, quam Elizir vita appellant, sua laude fraudari, qua in minima quantitate haustâ a spiritali nostris spiritibus.

F. Donatus de Heremita, Ordinis S. Dominici, antiqua mihi fa- de Heremita miliaritate iunctus, qui instructissimum *Neapoli*, pharmacopolium, & post famolum *Francisci Imperati Museum*, primas in afferuanda ibi supellestile exo- compositione & utrum optimè descrip-

Cur au- thor de his
nostris Ser- pebitus Mexicanis parum di- cere queat

Indic fer- pentes ple- runq. sunt magni & edules.

Braziliani Serpentes à Lorio de scripti.

Guineæ à Baçais mis-

viginti palmarum longitudine, & quinque latitudine inueniri: aliquem quoq.

ibi captum fuisse, triginta pedum longitudine, cui sex viri portando, vix suffi- cire potuerint. Fauces eosdem habere capacissimas, vt gallinas & anères inte- gros deglutire valcent. Vbi ventrem cibis distentum habent, eboriorum ho-

minum more, somno indulgere, ita interfici, & à *Nigris* deuorari carnes. Serpentes Regni Con-

corum, quas gallinis ipsi præferant. *Philippus Pigafetta* in *Regni Congi* descrip- gi a Piga- feta me-

gratiam huc inferere non abs te duxi. Serpentes ibi sunt, ait, magnitudinis hor- rende, si conseruantur cum nostratis & præcipue palustres, quorum aliqui longitudine

Hi ceruum viginti quinque & in latitudine quinque spathamas excedunt, rōentre tam capaci vt to- integrum deuorare

cervum, aut aliud eius magnitudinis animal, vna vice deuorent. Ex aquis egre- posse.

duntur, & pastore redeunt, unde & ab incolis magne Nārices appellantur. Aacen-

dunt quannus altissimas arbores, in quibus circumventia animalia quasi in Specula spe- altissimas

stant. Et ubi vīcum querentia accesserint, summa vi se in ea demittunt, atque ita arbores.

Et mole & morsu occisa, & in solitudinem aliquam tracta tota cum pelle & ossibus &

Post satie-

carnibus deglutiunt. Et sep̄us etiam accidit, vt cibo nimium repleti quasi ebris reddan-

tatem in- foporem

incident, & somnolentia vel quinque vel sex dies continuos, post quos demum exppericti ad con-

fuetas

Aethiopes suas venationes redeunt. Pelle statutis temporibus mutant, aliquando etiam nimia dilatatione ex cibo nimio rugosam ante tempus exsunt, que inuenient homines in admirationem bellus magnitudinem inde cognoscentes, rapit. *Aethiopes* has carnes, quando inueniri possunt, in delitij habent.

Vlricus Faber Straubingen meminit in septima parte descriptionis *America* se vidisse, ad dextrum latus fluminis *Parenau* ingentem *Serpentem*, longum pedes vingtiquinque similiter, & crassum instar alii viri, qui tormentis bellicis interfectus fuit, quiq. lauentes in flumine plurimos prius *Indianos*, caudâ circumvolvens, deuorauerat: cuius & ipsi *Indianis* postea carnem assam, & eliam in ædibus suis comedenterunt. Hic nigro & flavo colore lucebat.

Et quoniam coloris hic mentio incidit, silentio præterite non debeo, colorum varietatem, quam in hoc primo *Serpente* nostro obseruauit, dum ipsifissima *Recchi* nostri exemplaria perlustrarem, in quibus *Animalium* horum, & plantarum icones sunt depictæ, proprijsq. ac venustissimis coloribus illustratae. Dum autem in hoc sum; ecce *Recchi* nepos magna animi attentione has mecum considerans, an non, inquit, quatuor elementorum hoc in *Serpente* adumbratos, & quadam veluti proportione distinctos colores animaduertit? Est autem is *M. Antonius Petilius*, vir totus literarum ac virtutum studijs deditus, qui quantum prudentia pollet, cuius Symbolum apprimè *Serpentes* existunt, non illa solummodo in quāam, que *Iiris*, *Aequi* & *legum* est, sed *Politica* maximè, demonstrant amplissima, & doctissima eius de *Exarchia* iam dudum euulgata volumina, in quibus Regnorum, Monarchiarum, & Rerumpub. leges ac regulas, statuta, & decreta perpendit, ac trutinat. Philologus quoque est, & Historicus insignis, atque Antiquitatum, tam sacrarum, quam profanarum mirus propterea indagator, quod libri aliquot adhuc penes authorem detenti, docere luculenter possunt, qui de *prima Mundi* lingua, non minus eruditè quām dextre, vt ego de his iudicare potui, scripti desserrant. Debeo & hoc eximio erga me amori ipsius, quod nō paucas studijs suis horas, mei gratiā subtraxerit dū prædicta volumina mihi exhiberet, ostenderetq. quod figuræ illas peruididerem, atque diligenter examinando describerem. Sed plurimum, profecto *Auunculus* ipsius *Recchus* nimitem, eidem obligatur, cuius nomen, vt immortalitat consacraretur, opus ipsius tantopere dignum, ac nobile, non vltierus sotipitum iaceret, sed publicæ utilitatē donaretur, meritòque cum Authoris honore lucem tandem adspiceret, omni *Petilius* vrgendo affectu, desiderio summo, & perquam sollicitè contendit. Et merentur, mehercule, plurimum huiusmodi viri industrij, qui nil aliud cogitant, nil aliud querunt, præter ipsam virtutem, qui in hoc soli sunt, & studijs atque vigilijs suis, in hoc unum incumbunt, vt posteritati, suis suorumque laboribus prodesse valeant, qui demū verbis, scripis, atque exemplis proprijs, literarum studiosis ita præludent, hos ita mouent, atque inducent, vt & ipsi dignissimos ingeniorum tuorum fructus producant, & humano eos generi luentes relinquant.

Nos itaque, qui à *Lynee*, studijs nostris proposita, nomen sortimur, præterquam quod totis animi neruis, in hoc ex instituti nostri primaria ratione in-

M. Antonius Petilius celi nepos vir doctissimus & laude dignissimus,

Hinc multo
autore
debet.

Sed plurim illi *Recchus* auunculus debet quod huius per nepote scripta luceant.

cum-

eumbimus, vt studioz posteriori recte consulatur, si præsertim aliquid noui, & reconditi per nos afferri queat: etiam propter hunc præstantissimum virum, qui sui tantopere erga nos affectu amoris ostendit eo libentius, ac promis, præter ipsas à nostro *Principe* collatas expensas, & operas, nostros quoque cum *Principe* labores, vigilias, & sudores proprios, hosque non exiles & nauci, contribuimus, vt tandem aliquando haud exiguo Philosophorum beneficio, opus hoc minimè sepultum amplius, aut cassum, perditumq. remaneret, cum vitra quadragesimam ab ipsa conscriptione annum, litteraria respublica eo caruerit, vtque *Recchus* demum ipse, debitam sibi iam diu gloriam & honorem indipisceretur.

Et de colore quod ait *Plinius* lib. 8. c. 23. Quod ad *Serpentes* attinet, *vulgarū* eſt, *Plinius* di-
colores eaurum plerasq. terras (sic enim legant quidā) habere, in quas occultentur. Quasi-
sum de-
color fer-
mentum ex-
penditur
& refuta-
tur.
vel colore quem ipsi habent dare, vel eodem ab eadem mutuare. Nouimus enim, suos cuique serpentū generi proprios, determinatosq. esse colores, siue hi atram, siue albam, gryseam seu rubram incolant terram. Et noster hic qua-
dricolor *serpens* domicilium suum forsan in vnicolore fixit tellure. Videmus quoque ijdem ferme in ruderibus variis, & ex eodem erepere antro. Et qua-
dricolore longè magis versicolorem depingit nobis *Virgilius* 5. Aeneid. serpen-
tem, dum *Aeneas* patris *Anchisa* manibus sacrum faceret anniversararium, ibi enim dicitur, quod

adytis tum lubricus anguis

Septem ingens gyros septena volumina traxit,

Amplexus placide tumulum, lapsuq. per aras;

Cerulea cui terga nota, maculosus & auro

Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus

Mille trahit varios aduerso Sole colores.

Hic *Virgilius* indicare voluit serpentibus omne coloris genus inesse posse, ob id *Iridi* siue cælesti arcu, ex pluribus composite coloribus variegantibus, hunc suum *Serpentem* comparauit. Quamvis non sim nescius, *Donatum Virgilij* Com-
mentatorem, hoc loci hanc expositionem afferre. Color eius & splendor idcirco speciei cælesti comparatus eſt, ait, ut ostenderetur, non ex illis esse quorum detectanda natura est, & salvi hominum infesta, sed hæc parum suffragantur *Virgilij* men-
ti, & rerum natura ingenio, quæ sub venustiore etiam splendidioreq. anguum colore, dirius, infestius, & atrocius nonnunquam abscondere veneum po-
tuit, sic poeta ait:

O formose puer, nimium ne credere colori,

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Quando etiam sub pomi cortice elegantis coloris, saepè vermis later corrodens, & virulentus. Atque vt vnico dicam verbo, vt vnico in hortulo trecentorum flosculi colorum (exemplo nobis sint *Tulipa*) ex vniusmodi coloris terra emergunt, sic vnius coloris solum, variorum genus serpentum coloribus di-
stinctorum, generare, nutritre, & procreare valet.

Vnius co-
loris terra
diuersorū
colorum
flores. &
serpentes
potest ale-
re.

MA.